

Iosephus Scaliger Gothofredo Lingermano suo S. Duplici gaudio me affecerunt literae tuae,
 quod ex illis intellexi et me a te amari, et te Iulii Epistolarum editionem adornare. et meum igitur
 et publica causa gaudeo: utq; te in amicicia constantem fore spero, ita in proposito editionis
 perseveraturum mihi persuasi. Perge igitur, et harum suavisimorum musarum fructum nobis
 communica. Tatianum et Longum iam olim legimus, et quae ex illis utilitas in studiosos manare
 possit, si ~~meliores~~ meliores et integriores edantur, non solum nobis, qui illis auctoribus operum non
 perfunderie dedimus, sed et cuius, qui aliquo iudicio praeditus sit, constare potest. Eustratium
 tantum in bibliothecis latere olim audiebamus, et in paucorum potestate esse magis dolere, quam
 eius editionem sperare poteramus. Sed ea ipsius exemplaria ad te pervenisse eo nomine gaudeo,
 quod cum illo auctore melius agi non poterat, quam in eius manus incidere, qui ^{etiam} similis argumenti
 auctoribus iam plurimum studij collocavit, et ~~quod~~ ab illis cum usum adeptus est, ut proprium eius
 hoc opus esse videri possit, et alijs omnem facultatem de eo bene merendi absulerit. Quia igitur
 iam procedit opus, quantum ex literis tuis intelligere possum, auctor tibi sum, si fieri potest,
 ut et Cyriproclami lambos una illi ceteris adiungas. Neq; est, quod perplexitate characteris
 deterrearis. In omni re prius assuescere opus est. ubi aliquandiu opus illud repetueris, et
 scripitionem tibi familiarem efficies, et omnes difficultates elutaberis. Noli uero dubitare,
 quin πρωτοβελιότης sit nomen officij. In senectute imperij Constantinopolitani
 multa ciuismo di ut morum, ita ambitionis, et officiorum Palatinorum nata sunt portenta,
 quae ut quotidie cum uicij Aula Byzantinae crescebant, ita et noua functionum, honorum,
 officiorum tam Ecclesiasticorum, quam Aulicorum nomina suboriebantur. ut mirum non sit, si
 quaedam apud uetustiores auctores eorum mentio aut uestigium ^{non} extet. Nam potest fieri,
 ut ille Eustratius primus hoc ut officio, ita nomine affectus fuerit. Νοβελιότης
 tantum iuniores et pueros Caesares uocatos esse neq; te latere potest, neq; ideo eximi, ut
 te docerem. πρωτοβελιότης autem apud nullum ueterem legi, ne apud ~~apud~~ abothios
 quidem moricatis imperij scripturas. Si legi, non memini. et certe si apud ullum auctorem
 extat, miror me illud perdidisse: quia non nunc primum memoriam meam, et eius
 morbum accusare incipio. Quod de τοῦ πρωτοβελιότης οἰξί, idem iudicium
 est ^{de} τοῦ παρρηβολίης. Nam cum σπαρτιάδης fuisse, quamuis cognatio
 significationis blanditur, tamen id haud temere affirmarim. τοῦ Λακκαίνης,
 aut potius Λακκαίνης, qui proculdubio ~~non~~ fuit ex Chii insula, non magis
 succurrit, qui meminerit, quam constat mihi, an ullus alius meminerit.
 Sed moror te. Vale. Lugduni Batavorum. Nonis martij Iuliani. c. 17. c. v



Ornatissimo et eruditissimo iuueni
Gothofredo Iungermanno

Heidelbergam